

Año XLV.

16 DE MAYO DE 1904.

Núm. 9.<sup>o</sup>

# BOLETIN OFICIAL DEL Obispado de Osma.



PII  
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
LITERÆ ENCICLICÆ

**PAPAE X**  
DIVINA PROVIDENTIA

AD PATRIARCHAS, PRIMATES ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS,  
ALIOSQVE LOCORVM ORDINARIOS  
PACEM ET COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

VENERABILIBVS FRATRIBVS  
PATRIARCHIS, PRIMATIBVS, ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS,  
ALIISQVE LOCORVM ORDINARIIS  
PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

**Pius pp. X**

**VENERABILES FRATRES**

*Salutem et apostolicam Benedictionem*

Iucunda sane accidit recordatio, Venerabiles Fra-  
tres, magni et *incomparabilis viri* (1). Gregorii Pontificis  
huius nominis primi, cuius, vertente anno millesimo

(1) *Martyrol. Rom.* 3 sept.

tercentesimo ab eius obitu saecularia solemnia celebraturi sumus. Nec absque singulari Dei providentia, qui *mortifical et vivifical..... humiliat et sublevat* (1), factum esse arbitramur, ut, inter apostolici ministerii Nostri penè innumerabiles curas, inter tot animi anxietates ob plurima eaque gravissima quae universae Ecclesiae per Nos regendae debemus, inter sollicitudines queis premeimur, ut et vobis Venerabiles Fratres, in apostolatus Nostri partem vocatis et fidelibus omnibus curae Nostrae commissis quam optime satisfiat, vel a Nostri summi Pontificatus exordiis, in sanctissimum hunc et illustrem Decessorem, Ecclesiae decus atque ornamentum, oculorum aciem converteremus. Erigitur quippe animus ad magnam fiduciam in eius patrocinio penes Deum validissimo, et eorum, sive quae sublimi magisterio praecepit, sive quae sancte gessit memoria recreatur. Quod si ipse et praceptorum vi et fecunditate virtutum in Ecclesia Dei tam ampla, tam alta, tam firma vestigia signavit, ut iure ab aequalibus et a posteris *Magni* nomen sit consequutus apteturque illi vel hodie, tot saeculorum intervallo, ipsius inscripta sepulcro laudatio: *innumeris semper vivit ubique bonis* (2), fieri profecto non potest, ut admiranda illius exempla sectantibus, divina opitulante gratia, non liceat, quantum humana sinit infirmitas, sua officia tueri.

Ea persequi vix opus est quae ex historiae monumentis nota sunt omnibus. Summa erat publicarum rerum perturbatio quo tempore supremum inivit pontificatum Gregorius, extincta prope vetus humanitas, romani ruentis imperii dominatus omnes barbaries invaserat. Italia vero, a Byzantinis imperatoribus derelicta, facta fere Langobardorum praeda fuerat, qui suis nondum compositis rebus, huc illuc excurrebant, omnia ferro flammaque vastantes, luctu omnia caedibusque completes. Haec ipsa Urbs, minis hostium ex-

(1) *I Regum* II, 6, 7.

(2) Apud IOANN. DIAC., *Vita Greg.* IV, 68.

terius perculsa interius afflita pestilentia, eluvionibus, fame, eo miseriae devenerat, ut iam procurandae incolumentatis, non modo civium sed confertae multitudinis se intus proripientis, ratio nulla suppeteret. Cernere namque erat sexus, omnis et conditiones hominum, episcopos, sacerdotes sacra vasa rapinis erepta portantes, religiosos viros intemeratas Christi sponsas, fugasse, vel ab inimicorum gladiis, vel a perditorum hominum turpi violentiae subducere. Romae autem Ecclesiam ipse Gregorius appellat: *vetustam navim vehementer que confractam... undique enim fluctus intrant, et quotidiana ac valida tempestate quassatae putridae naufragium tabulae sonant* (1). At quem Deus suscitaverat nauta manu pollebat et clavo tractando praepositus, non modo inter aestuantes procellas ad portum appellare, sed navim a futuris tempestatibus praestare tutam valuit.

Ac mirum quidem quantum ipse perfecit spatio regiminis annorum vix supra tredecim. Exstitit enim christianae vitae instaurator universae, excitans pietatem fidelium, observantiam monachorum, cleri disciplinam, sacrorum antistitum pastoralem sollicitudinem *Prudentissimus pater familias Christi* (2). Ecclesiae patrimonia custodivit, adauxit, egenti populo, christianaee societati et singulis ecclesiis pro sua cuique necessitate, large copioseque suppeditans. Vere *Dei consul factus* (3), actuosae voluntatis fecunditatem ultra Urbis moenia porrexit totamque in bonum consortii civilis impendit. Byzantinarum imperatorum iniustis postulationibus restitit fortiter; exarcharum et imperialium administratorum fregit audaciam, sordidamque avaritiam coercuit, publicus iustitiae sociales adsertor. Langobardorum ferociam mitigavit, minime veritus ad portas Urbis obviam ire Agilulfo, ut ipsum ab ea ebsidione dimoveret, quod idem cum Attila Leo Magnus

(1) *Registrum I, 4 ad Ioann, episcop. Constantinop.*

(2) *IOANN. DIAC. Vita Greg, II, 51.*

(3) *Inscr. sepulcr.*

pontifex egerat; nec a precibus blandisque suasionibus, aut ab agendo sagaciter ante destitit, quam formidatam eam gentem tandem aliquando pacatam vidi, aequiore reipublicae forma constituta, eamdemque catholicae fidei additam, opera in primis piae reginae Theodolindae, in Christo filiae sua. Quare Gregorius iure sibi vindicat nomen servatoris et liberatoris Italiae, huius nempe *terrae*, quam ipse suaviter vocat *suam* (1). Pastoralibus eius numquam intermissis curis, in Italia, in Africa errorum reliquiae exstinguntur, Ecclesiae res ordinantur in Galliis, Visigoti in Hispaniis inchoatae conversionis incrementa suscipiunt, Britannorum inclyta gens, quae, *dum in mundi angulo posita in cultu ligorum ac lapidum perfila nunc usque remaneret* (2), et ipsa ad veracem Christi fidem accedit. Cuius tam pretiosae acquisitionis accepto nuntio Gregorius eo gaudio perfunditur, quo carissimi filii complexu pater, Iesu Servatori accepta referens omnia, *cuius amore*, inquit ipse, *in Britannia fratres quaerimus, quos ignorabamus; cuius munere, quos nescientes quaerebamus invenimus* (3). Ea vero gens adeo se memorem Pontifici sancto probavit, ut ipsum usque apellarit: *magistrum nostrum, Apostolicum nostrum, Papam nostrum, Gregorium nostrum*, sequentem tamquam sigillum apostolatus eius existimarit. Denique tanta in ipso fuit operae vis, tanta salubritas, ut rerum ab eo gestarum memoria alte insederit in animis posteriorum, media aetate potissimum, quae spiritum quodammodo ab eodem infusum ducebat, eius verbo quasi alimentum trahebat, eius ad exempla vitam moresque conformabat, succedente feliciter in orbe terrarum christianaee societatis humanitate adversus romanam, quae, saeculorum emensa cursum, ese omnino desierat.

*Haec mutatio dexteræ excelsi! Ac vere quidem affr-*

(1) *Registr.* V, 36 (40) ad Mauricium Aug.

(2) *Ibid.* VIII, 29 (30) ad Eulog. episcop. Alexandr.

(3) *Ibid* XI, 36 (28) ad Augustin. Anglorum episcop.

mare licet, sic persuasum fuisse Gregorio, non aliam nisi Dei manum talia patrasse. His enim verbis de Britanniae conversione sanctissimum monachum Augustinum affatur, quae sane de ceteris omnibus in ministerio apostolico ab ipso gestis intelligi possunt. *Cuius opus hoc est, inquit, nisi eius qui ait: Pater meus usque nunc operatur et ego operor?* (1). *Qui ut mundum ostenderet, non sapientia hominum, sed sua se virtute convertere, predicatores suos, quos in mundum misit, sine litteris elegit; hoc etiam modo faciens, quia in Anglorum gente fortia dignatus est per infirmos operari* (2). Evidem Nos minime latent, quae sancti Pontificis oculis de se abiecte sentientis, omnino fugiebant, et rerum gerendarum peritia, et in coepitis ad exitum perducendis ingenium sagax, et in rebus disponendis mira prudentia, et sedula vigilantia et non intermissa sollicitudo. At compertum pariter est, ipsum, non qua huius mundi principes, vi et potentia fuisse progresum, qui in altissimo illo pontificiae dignitatis fastigio primus voluerit appellari: *Servus servorum Dei*, non profana tantum scientia aut *persuasilibus humanae sapientiae verbis* (3), viam sibi munivisse, non prudentiae tantum civilis consiliis non instaurandae societatis rationibus diurno studio praeparatis ac deinde in rem deductis, non denique, quod admirationem habet, mente concepto sibique proposito vasto aliquo tramite, in apostolico ministerio sensim percurrente; quum contra, ut notum est, in ea esset cogitatione defixus, qua putaret imminere mundi finem, adeoque modicum tempus reliquum esse ad grandia facinora. Gracili admodum et infirmo corpore, diuturnis afflictatus morbis, ad extremum saepe vitae discrimen, incredibili tamen pollebat animi vi, cui nova semper alimenta suppeditabat vivida fides in Christi verbo certissimo in eiusque divinis promissis. Maximam quoque fiduciam

(1) IOANN, V, 17.

(2) Registr. XI, 36 (28).

(3) I Cor. II, 4.

collocabat in collata divinitus Ecclesiae vi, qua ipse rite posset suo in terris fungi ministerio.

Quare hoc ille propositum in omni vita fuit, quale singula dicta eius factaque comprobant, ut eamdem fidem ac fiduciam et in se ipse foveret et in aliis vehementer excitaret, dumque supremus sibi dies adveniret, quantum hic et nunc liceret, optima quaeque sectaretur.

Inde sancti viri firma voluntas in communem salutem derivandi uberrimam illam caelestium donorum copiam, qua Deus Ecclesiam ditavit, cuiusmodi sunt et revelatae doctrinae certissima veritas, et eiusdem, qua patet orbis, efficax predicatio, et sacramenta, quae vim habent sive infundendi sive augendi animae vitam ac denique, superni praesidii auspex, gratia precum in Christi nomine.

Harum rerum recordatio, Venerabiles Fratres, mire Nos recreat. Qui si ex hoc Vaticanorum vertice moenium circunspicimus, eodem quo Gregorius, ac maiore fortasse metu vacare non possumus; tot undique coactae tempestates incumbunt, tot premunt hostium instructae phalanges; adeoque sumus humano quovis praesidio destituti, ut ne illas propulsandi nec horum impetum sustinendi ratio suppetat. Verum reputantes Nostri ubi sistant pedes, quo loco sit pontificia haec Sedes constituta, in arce Ecclesiae sanctae tutos Nos esse sentimus. *Quis enim nesciat*, ita Gregorius ad Eulogium patriarcham Alexandrinum, *sanctam Ecclesiam in Apostolorum principis soliditate firmatam, qui firmitatem mentis traxit in nomine, ut Petrus a petra vocaretur?* (1). Divina Ecclesiae vis nullo temporis decursu excidit, neque Christi promissa exspectationem fefellerunt; ea sic perseverant, quemadmodum Gregorii animum erexere; quin etiam ex tot saeculorum comprobatione, ex tanta rerum vicisitudine multo Nobis validius roborantur.

Roggna, imperia dilapsa; sui fama nominis et huma-

(1) *Registr. VII*, 37 (40).

nitatis laude florentissimae gentes occiderunt; saepe, quasi senio confectae, ipsae se nationes diremerunt. At Ecclesia, suapte natura non deficiens, nexu numquam dissolvenduo cum caelesti Sponso coniuncta, heic non caduco flore viget iuventutis, eodem instructa robore quo prodiit e transfosso Christi corde in cruce iam mortui. Potentes in terris adversus eam sese extulerunt. Evanuere hi, sed illa superfuit. Philosophandi vias pene infinita varietate excogitarunt magistri de se gloriose praedicantes, quasi Ecclesiae doctrinam tamdem aliquando expugnassent, fide capita refellissent, eius magisterium omne absurdum demonstrassent. Eas tamen historias, singulas obliteratas resenset funditusque deletas; quum interea lux veritatis ex arce Petri eodem fulgore coruscet, quem Iesus ortu suo excitavit aluitque divina sententia: *coelum et terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt* (1).

Hac Nos fide alti, hac petra solidati, dum sacri principatus munia omnia gravissima, simulque manantem divinitus vigorem animo sensuque percipimus, tranquili expectamus quoad voces conticescant tot obstreuentium, actum esse de catholica Ecclesia, eius doctrinas aeternum cecidisse; brevi eo deventuram, ut cogatur aut scientiae atque humanitatis Deum reiicientis placita excipere, aut ab hominum consortio demigrare. Inter haec tamen facere non possumus quin cum ipso Gregorio in mentem omnium, sive procerum sive inferiorum, revocemus, quanta cogat necessitas ad Ecclesiam configere, per quam detur et sempiternae saluti, et paci atque ipsi terrestris huius vitae prosperitati consulere.

Quamobrem, ut sancti Pontificis utamur verbis, *mentis gressus in eius petrae soliditate, sicut coepistis, dirigit, in qua Redemptorem nostrum per totum mundum fundasse nostis Ecclesiam, quatenus recta sinceri cordis vestigia*

---

(1) MATTH. XXIV, 35.

*in derio itinere non offendant* (1). Sola Ecclesiae caritas et cum ipsa coniunctio divisa unit, confusa ordinat, *inaequalia sociat, imperfecta consummat* (2). Retinendum firmiter, *neminem recte posse terrena regere, nisi noverit divina tractare, pacemque reipublicae ex universalis Ecclesiae pace pendere* (3). Hinc summa necesitas perfectae concordiae inter eclesiasticam et civilem potestatem, quam, utramque Dei providentia voluit mutua sese ope iuvare. *Ac h.c enim potestas... super omnes homines caelitus data est, ut qui bona appetunt adiuentur, ut coelorum via largius pateat, ut terrae regnum caelesti regno famuletur* (4).

Ex hisce principiis invicta illa Gregorii fortitudo manabat, quam, opitulante Deo, imitari curabimus, Nobis proponentes modis omnibus, sarta tectaque iura et privilegia tueri, quorum Pontificatus romanus custos ac vindex est, coram Deo et coram hominibus. Quare idem Gregorius ad patriarchas Alexandriae atque Antiochiae, quum de iuribus agatur Ecclesiae universae, *etiam moriendo, scribit, debemus ostendere, quia in damno generalitalis nostrum specialiter aliquid non amamus* (5) Ad Mauricium autem Augustum: *Qui contra omnipotentem Dominum per inanis gloriae tumorem atque contra statuta Palrum suam cervicem erigit, in omnipotenti Domino confido, quia meam sibi nec cum gladiis flectit* (6). Atque ad Sabinianum diaconum: *Ante paratior sum mori, quam benti Petri Apostoli Ecclesiam meis diebus degenerare. Mores autem meos lene cognitos habes, quia diu porto; sed si semel deliberavero non portare, contra omnia pericula laetus vado* (7).

Eiusmodi edebat Gregorius pontifex potissima mo-

- 
- (1) *Registr.* VIII, 24 ad Sabinian. episcop.
  - (2) *Ibid.* V: 58 (53) ad Virgil. episcop.
  - (3) *Ibid.* V. 37. (20) ad Mauric. Aug.
  - (4) *Ibid* III, 61 (65) ad Mauric, Aug.
  - (5) *Registr.* V. 41 (43)
  - (6) *Ibid.* V, 37 (20).
  - (7) *Ibid* V, 6 (IV, 47).

nita, erantque dicto audientes ii quibus ea nuntiabantur. Ita, dociles aures praebentibus quum principibus tum populis, mundos verae salutis repetebat iter, et ad humanitatem grassabatur eo nobiliorem ac fecundiorrem quo firmioribus innixam fundamentis ad rectum usum rationis et ad morum disciplinam, vim hauriens omnem a divinitus revelata doctrina et ab evangelii praeceptis.

Sed eo tempore populi, etsi rudes, inculti atque omnis humanitatis expertes, erant vitae appetentes; hac autem donari a nemine poterant nisi a Christo per Ecclesiam: *Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant* (1). Habuerunt quidem vitam, eamque affluentem. Nam, quum ab Ecclesia non alia possit nisi supernaturalis vita procedere, haec vitales etiam naturalis ordinis vires in se includit ipsa foveatque. *Si radix sancta, et rami, sic Paulus ethnicae genti...; tu autem cum oleaster es, insertus es in illis et socius radicis et pinguedinis olirae factus es* (2).

At nostra aetas, etsi tanta christianaे humanitatis luce fruatur, ut nulla ratione possit cum aevo Gregoriano comparari, videtur tamen eam vitam fastidire, a qua praecipue, saepe unice, quasi à fonte, tot nedum praeterita, sed etiam praesentia bona sunt repetenda. Nec modo ut quondam subortis erroribus ac dissidiis; se ipsa detruncat quasi ramum inutilem, sed vel imam arboris radicem petit, id est Ecclesiam, conaturque vitalem exsiccare succum, quo certius illa corruat nullum in posterum emissura germen.

(*Se concluirá.*)



---

(1) IOANN. X, 10.

(2) *Ad Rom. XI, 16, 17.*

CIRCULAR NÚM. 170.

Siempre es gratísimo para nuestro corazón dirigirnos á nuestros amados Sacerdotes; pero lo es por manera especialísima en la ocasión presente, como lo fué en años precedentes, al llamarles á practicar los santos ejercicios espirituales.

Dedicados por nuestro ministerio, ellos como Nos, á la salvación de las almas, debemos también mirar por las nuestras con especial cuidado, por ser éste el negocio que más Nos importa; y tanto para pensar seriamente en nosotros mismos, como para adquirir las gracias y fuerzas espirituales que necesitamos para cumplir fiel y santamente nuestros deberes y obligaciones, conviene muchísimo, es de la mayor utilidad e importancia retirarse durante algunos días del trato y comunicación con el mundo y pasarlos en la soledad, donde se escucha más intimamente la voz de Dios, se gusta el don divino, se experimenta y percibe lo dulce y suave que es el Señor, se reciben abundantísimas gracias del Cielo y se forman santos propósitos y eficaces resoluciones.

Por estas consideraciones y deseando vivamente el bien de nuestro amado Clero, hemos determinado que se den para el mismo en el presente año ejercicios espirituales. Os llamamos, pues, á practicarlos, venerables y queridos Sacerdotes, dictando al efecto las siguientes disposiciones:

1.<sup>a</sup> Los ejercicios tendrán lugar en el Seminario Conciliar, habiendo dos tandas que principiarán la primera el lunes 13 de Junio, por la tarde, para terminar el miércoles 22 por la mañana; y la segunda el sábado 25 por la tarde para terminar el 4 de Julio por la mañana.

2.<sup>a</sup> A los Ejercicios concurrirán todos aquellos Sacerdotes que no los hubieran practicado el año 1902, aunque tambien podrán asistir los que los hi-

cieron en dicho año si en ello fueran gustosos y no hubiera alguna dificultad.

3.<sup>a</sup> Los Sres. Arciprestes designarán los Sacerdotes que hubieran de practicarlos en una ú otra tanda, poniendo en Nuestro conocimiento con la brevedad posible, quienes son los que han de concurrir.

4.<sup>a</sup> Los mismos Arciprestes dispondrán lo conveniente respecto al servicio de las parroquias, pudiendo autorizar para que en los días de precepto se duplique la Santa Misa en donde sea necesario.

Burgo de Osma 10 de Mayo de 1904.

† JOSÉ MARÍA, *Obispo de Osma.*

---

#### CIRCULAR NUM. 171.

Por la salvación de nuestras almas descendió de los Cielos á la tierra el Hijo de Dios, pasó su vida haciendo bien; nos dió ejemplos preciosísimos de todas las virtudes, que practicó en el grado más eminente; manifestó con sus obras lo agradables que le eran la humildad, pobreza, mortificación y el sacrificio; y habiendo amado siempre á los suyos, los amó hasta el fin. siendo entonces cuando nos dió las pruebas más tiernas y entrañables de su amor instituyendo el Santísimo Sacramento del altar, padeciendo toda clase de tormentos, derramando hasta la última gota de su sangre preciosísima y muriendo en una Cruz.

El horno en que se enciende el inefable y tiernísimo amor de Jesucristo es su Corazón Sacratísimo, del cual, como de purísimo manantial, brotan también las cristalinas aguas que saltan hasta la vida eterna y aquel que las bebe no vuelve á padecer más sed.

Ese Corazón Divino es corazón de padre que nos ama entrañablemente; de hermano que quiere iden-

tificarse con nosotros; de amigo que nos alienta y consuela en nuestras tristezas; de pastor que vigila por nuestro bien; de maestro que nos enseña el camino del Cielo y da lecciones sapientísimas y las mas saludables.

El remedio para los males que afligen á la sociedad, los pueblos y las familias lo hemos de buscar y encontrarámos en ese corazón adorable y bendito. Por eso venimos recomendando todos los años con tanto encarecimiento la devoción al Sagrado Corazón de Jesús, y ahora, que se acerca el mes de Junio, que la piedad cristiana le consagra, reiteramos esa recomendación, aconsejando que durante el mismo se le ofrezcan devotos obsequios y practiquen en su honor piadosos ejercicios.

A los que asistieran á los mismos concedemos, en cada día, cincuenta días de Indulgencia y autorizamos para que en el día en que se celebre la función principal pueda exponerse á Su Divina Majestad, recomendando muy especialmente á los fieles que reciban la Sagrada Comunión por ser este el obsequio que más agrada al divino y amantísimo Corazón de Jesús.

Burgo de Osma 11 de Mayo de 1904.

† EL OBISPO.

---

## S. PENITENTIARIA

---

WRATTSLAYEN

Dubia circa opera praestanda occasione Jubilei  
Immaculatae Conceptionis.

BEATISSIME PATER:

Episcopi regni Borussici per infrascriptum Episcopum Wratislaviensem quoad obligationes pro jubilaeo lucrando litteris encyclicis Sanctitatis Tuæ d. d. 2 Februari a. cr. impositas sequentia exponunt dubia, quorum solutionem humillime efflagitant.

1. Potestne ecclesia respectiva visitari ter uno eodemque die an debet hoc fieri tribus diversis diebus?

2. Debetne Eppus. in iis locis, in quibus non est ecclesia cathedralis, sed plures sunt ecclesiae parochiales, designare unam ex istis quae visitetur, an ab omnibus et singulis est visitanda propria ecclesia parochialis?

3. Jejunium et abstinentia praescripta estne jejunium dictum «magro estretto» an licet saltem apud nos usus ovorum, lacticiniorum, pinguendinis, vel *strutto, juris* ex carnibus expressi, qui usus apud nos in diebus jejunii sive cum sive absque abstinentia permissa est. Et Deus.

Sanctitatis V. ae. *humillimus et devotissimus servus.*

G. Card. KOPP Princeps Eppus. Wratislaviensis.

Sacra Poenitentiaria perpensis propositis dubiis,

Ad 1 respondet. «Visitationes fieri posse pro lubitu fidelium »sive tantum uno sive diversis diebus.»

Ad 2: «In casu juxta Litteras Apostolicas visitandam esse »ecclesiam parochiale propria uniuscujusque fidelis.»

Ad 3: «Jejunium pro jubilaeo consequendo praescriptum »adimpleri non posse nisi adhibeantur cibi esuriales vetito usu »circa qualitatem ciborum cujuscumque indulti seu privilegii.— »In iis vero locis ubi cibis esurialibus uti difficile sit, Ordinarics »posse indulgere ut ova et lacticinia adhibeantur, servata in cete- »ris jejunii ecclesiastici forma.»

L. ♫ S.

B. POMPILI S. P. Dat

Romae 23 Martii 1904.

---

### Delegación de Cruzada de la Diócesis de Osma.

---

Los productos de Cruzada no son suficientes para completar la cuota asignada á la Diócesis para el Culto, por lo cual se hace preciso que las Parroquias sufran un descuento proporcionado á cubrir ese déficit.

De orden del Excmo. y Rvmo. Prelado, se descontará á las mismas, al pagar la mensualidad de Mayo, tres cuartas partes de ella, sin perjuicio del reintegro si hubiese posibilidad. Lo que se hace constar en el BOLETÍN OFICIAL del Obispado para conocimiento de los Sres. Curas encargados de las Parroquias y les sirva

de justificante en las cuentas ese descuento, á la vez que se les encarga entreguen á los Sres. Arciprestes á la mayor brevedad las Bulas sobrantes de 1903, pagando las expendidas de dicha publicación los que todavía no lo han verificado.

Burgo de Osma 13 de Mayo de 1904.—El Delegado Diocesano, *Regino Ortega.*

---

## Santa Visita Pastoral

---

Del 18 al 29 de Abril la practicó el Ilmo. y Rvmo. Prelado en los Arciprestazgos de Torlengua y Reznos, trasladándose después á Soria, desde donde salió para visitar el de Rabanera del Campo, habiendo quedado muy agradecido á las pruebas de respeto y amor filial que le tributaron todos los pueblos, dando hermoso testimonio de su fe y recibiendo muchos fieles la Sagrada Comunión.

Terminada la visita se detuvo S. Sría. Ilma. breves días en Soria. Durante su permanencia en dicha Ciudad, visitó las Comunidades de religiosas de Clausura, administró el Sacramento de la Confirmación y distribuyó, en distintos días, la sagrada Comunión á los niños y niñas que la recibían por primera vez, ofreciendo un espectáculo commovedor, y se ejercitó en otros varios actos de su pastoral ministerio. El dia 9 del actual regresó felizmente á esta Villa, en la que continúa gracias á Dios sin novedad.

---

## AGENDA IN COLLATIONIBUS MENSIS JUNII ANNI 1904.

---

IN COLLATIONE 3.<sup>a</sup> DIE 3.<sup>a</sup> JUNII

QUAESTIO MORALIS.

**An valor sacrificii Misae sit infinitus? Quotuplex ejus fructus? An Missa prossit defunctis ex infallibili promissione Christi? An et quomodo peccet omittens Missam gratis promissam?**

## CASUS

Benignus sacerdos a quopiam rogatus, ut pro anima matris suae praecedenti nocte defunctae Sacrum offerret, pingui stipendio ad hoc illi oblato, promisit quidem se celebraturum, sed stipendum noluit ab eo accipere, inquiens «Missam offeram, ut dixisti:» deinde vero cogitans quod stipendum non receperit, illam celebrare sine scrupulo omissit. Idem fere praestitit in simili occasione, qua pia mulier ei stipendum obtulit pro celebratione, quia, ajebat, Missa infiniti est valoris. Item: nobilis quidam vir Benigno obtulit mille libellas pro celebracione decem Missarum, quas utique promisit, sed neque hac vice stipendum acceptavit, et illum rogavit, ut vellet potius summam illam dare in eleemosynam alicui familliae pauperi; Missas tamen celebravit, sed iterum in secunda intentione. Quaeritur nunc: Utrum in primo casu peccaverit necne? An satisfecerit in duobus aliis? Quid demum de secunda intentione?

### QUAESTIO LITURGICA.

**Ad quae et quomodo parochus infirmos adhortari debet?**

### AGENDA IN COLLATIONE 4.<sup>a</sup> DIE 16 JUNII

### QUAESTIO MORALIS.

**Potestne licite accipi stipendum ad Missam celebrandam, quare et quae obligatio exurgit? Potest sacerdos dupli stipendio per unum sacrum satisfacere? An peccet graviter sacerdos, qui accepto stipendio diu celebrare differt, et quae in hoc dilatio gravis reputanda?**

## CASUS

Basilius Praesbyter stipendum acceperat a Josef pro centum Missis celebrandis: cum interim pinguia alia Missarum stipendia ab aliis eidem offerrentur, ea omnia Basilius acceptavit et statim has Missas

celebravit; hinc praedictas centum sex mensium spa-  
cio celebravit quoque. Alias accepto stipendio ad  
celebrandum in altari privilegiato, in alio altari cele-  
bravit; ut autem indulgentiam plenariam lucraretur  
pro defuncto, pro quo celebravit, post Missam reci-  
tavit orationem.—En Ego, ó bone Jesu.—Quaeri-  
tur: Utrum Basilius debito temporis spatio centum  
illas Missas celebraverit? An teneatur alium Sacrum  
in altari privilegiato facere?

QUAESTIO LITURGICA.

**Quae parochi obligatio erga medicos visitantes, et  
quae ab ipso servanda circa confessionem infirmorum?**

---

NECROLOGÍA.

---

El día 13 de los corrientes falleció á la edad de 73 años, des-  
pués de recibir los Santos Sacramentos y demás auxilios espiri-  
tuales el Párroco de Valdanzuelo, D. Francisco Angel Catalá.

Pertenecía á la Hermandad Diocesana de Sufragios.

R. I. P.

---

SUMARIO,

- Encíclica de Su Santidad sobre el centenario de San Gregorio Magno.
- Circular del Ilmo. y Rvmo. Prelado sobre ejercicios espirituales del Cle-  
ro.—Otra del mismo sobre el mes del Sagrado Corazón de Jesús.—Resolu-  
ciones de la S. Penitenciaría acerca de las obras prescritas para el Jubileo.
- Aviso de la delegación de Cruzada sobre descuentos á las Fábricas.—
- Crónica Diocesana de la Santa Visita Pastoral.—Casos de conciencia para  
las Conferencias de Junio.—Necrología.